Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26460
Copyright: Admont, Benediktinerstift

siquis hec infideliter legerit. ipse peccabit. Ego
mihi conscius sum. me rerum fide & amore xpi
inpulsum ut scriberem. manifesta exposuisse. ue
ra dixisse. paratumq; ut spero habebit adeo
premium. si quicumq; legerit. sed quicumq; crediderit.

INCIPIT EPISTOLA SENERI AD EUSEBIUM PRESBYTERUM. DE
HESTERNA DIE CUM ADMENTEM
plerique monachi uenissent. inter fabulas iuges
longumq; sermonem mentio incidit libelli mei
quem de uita beati uiri martini edidi. studi
oseque eum amultis legi libentissime audiebam.
Interea indicat mihi dixisse quendam malo
spiritu suscitatum. cur martinus qui mortuos
suscitasset. flammas domibus depulisset. ipse nu
per adustus incendio periculose fuisset obnoxius
passioni. O istum quisquis est miserum iudexque in
uerbis eius perfidiam. & dicta cognoscimus. qui in
cruce positum dominum his uerbis increpabant.
alios saluos fecit. se ipsum saluum facere non potest.